



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

I. Pactum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

548 Dè Osculo.

sos de futuro in signum benevolentiae; & mutui amoris, sunt omnino licita. Si tamen finis fuerit delectatio, erunt venalia, lib. 9. disput. 46. nu. 51..

12. Tactus impudici nullo modo sunt liciti sponsis de futuro, & non sunt permittendi soli, lib. 9. disput. 46. nu. 52. & 53.

13. Oscula, & alij tactus in loco publico cum uxore sunt mortalia, quando inducunt praesentes ad venerem, spectatae eorum fragilitate, lib. 9. disput. 13. nu. 2.

P

Pactum.

**P**ACTUM in sponsalibus appositum habi-  
tandi in certo loco, & poena apposita  
valet, frangenti fidem. Nisi noua rece-  
dendi causa superueniat; licet pactum iura-  
mento firmatum sit. Et si nulla veniente causa  
iusta maritus recedat, uxor non tenetur comi-  
tari illum, libr. 1. disputat. 40. à num. 1. usque  
ad 6. Item valet pactum appositum in primo-  
genijs, ut successor sub poena amissionis mai-  
ratusteneatur in certo loco habitare, ibid.  
num. 7.

2. Pactum non petendi, nec reddendi mu-  
tuuo coniugum consensu validum est. Potest  
tamē uterque illud remittere, etiam si fuit in-  
ratum in favorem utriusq;. Secūs si ad Dei cul-  
sum. Et nolente altero remittere, altero po-  
get cum cogere, nec ille renuens tenetur redi-  
dere.

dere, nisi videat alterum pœnitere pacti initi,  
& probabiliter in incontinentiam labi. Item  
utque potest petere, & reddere per modum  
amicitiae, non tamen exigere, lib. 9. disp. 37.  
num. 18. usque ad 24.

## Papa:

1 Papa nec ex causa potest dispensare in ma-  
trimonio consummato, lib. 2. disputat. 13. num.  
ii. Potest tamen dispensare in rato, & non  
consummato. Et non potest statuere, ut ma-  
trimonium ratum dirimatur per subsequens  
copula consummatum, libr. 2. tota disp. 14.

2 Probabile est, Papam posse validè dispe-  
nsare in matrimonio rato absque iusta causa.  
Sed probabilius est, non valere dispensatione.  
Et existente illa, potest dispensare altero eo-  
rum inuito, lib. 2. tota disp. 15.

3 Causæ iustæ, ut Papa possit dispensare in  
matrimonio rato, sunt sequentes. Prima, no-  
tabilis disparitas. Secunda, grauis timor scan-  
dali magni futuri. Tertia, lepra alteri superue-  
niens, vel impotentia. Quarta, quando alter  
coniugatorum afferit, se non habuisse animū  
contrahendi. Quinta, ut vir efficiatur Episco-  
pus. 6. Mutuus coniugum consensus, lib. 6. eo-  
sa disp. 16.

4 Papa potest dispensare in matrimonio  
consummato infidelium, dum ad fidē redeunt,  
lib. 2. tota disp. 17.

5 Papa non potest leges Iustiniani repudia-  
re, permittent, approbare, lib. 10, disp. 1, nu. 12.

P. C.

6 Papa